Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



paulus / qui sicut ipse de se dicit · nocte & die in profundo
maris fuit. Non minor in quam paulus quem uelut noui · VIII ·
testamenti ionam die ac nocte per maris profunda iactatum ab
sorbuit. & fluctus, et reddidit quasi sacrum depositum uio
lare non audens · quasi famulatrix eum unda custodiens · illesum
populorum predicationibus reseruabat. Hic est quoque beatus petrus
in illa celestium scola precipuus ac primus idoneus qui uerba uite
ex xpi ore suscipiens · per euangelii potestatem iudeorum gentem
perditam quereret. & abdicatos ad hereditatem uocaret / inter
pres legis · assertor gratie / destructor synagoge · funda
tor ecclesie. Et ideo solus inter apostolos meruit audire · amen
dico tibi / quia tu es petrus & super hanc petram edificabo ec
clesiam meam / qui edificandis in domo dei populis lapis esset dignus
ad fundamentum · columna ad sustentaculum · clauis ad reg
num. De hoc ait sermo diuinus. Et ponebant inquit infir
mos suos / ut umbra saltem petri obumbraret eos. Si tamen transeuntis
opem ferre poterat umbra corporis / quanto magis nunc ple
nitudo uirtutis. Si tamen supplicantibus [illegible] derat aura pertran
seuntis / quidam. quanto magis nunc [illegible] permanentis. Merito
per omnes xpi ecclesias auro preciosi [illegible] ferrum illud pena
lium uinculorum. Si tam medicabilis fuit obumbratio
uisitantis / quanto magis catena uincentis. Felices illi
nexus / qui de manicis & compedibus in coronam mutan
di · apostolum petrum contingentes martyrem reddiderunt. Fe
lices catene / que nudatis pene ossibus inherentes uiuas re
liquias de sudore sanguinis iam attrita carne rapuerunt.
Tactus ipse membrorum cruciatus sui sanctificat instrumentum /
in quo afflictio crescit ad penam · causa pene proficit ad
gloriam. Felicia uincula / que reum suum usque ad crucem xpi